

4°

Philos.

1055

1

*Philos.* THEORIAM HANC  
DE  
ANIMÆ RATIONALIS  
ESSENTIA.

ΘΕΟΥ ΕΝΟΣ ΧΕΙΡΑΓΟΓΟΥ ΝΤΡΟΣ.

PRÆSIDENTE

Nobilissimo & Clarissimo  
VIRO

Dn. JOANNE GEILFUSIO  
Philosophiæ Naturalis Ordinario Profes-  
sore Celeberrimo, Facultatis Philosophicæ DECANO  
Specratissimo, Domino Præceptore suo nullo  
non observantia ac honoris cultu  
prosequendo.

Publicè ventilandam ac discu-  
tiendam proponit,

Johann - Jacobus Roller,  
Wildbergensis.

Ad Diem XXVIII. Mensis Decembr.  
Loco, Horisq; solitis.

TUBINGÆ,  
Typis Theodorici Werlini  
ANNO M. DC. L.

VIRIS

Consultissimis, Prudentissimis,  
longoq[ue] rerum usu  
Conspicuis,

Floridæ Reipublicæ  
Wildbergensium,

CONSULIBUS, ET  
SENATORIBUS.

Dominis Mecoenatibus, Patro-  
nis, ac Fautoribus suis Magnis,  
omni Observantiae, Honoris, atque  
Reverentiae Cultu submissè, & per-  
petuūm suspiciendis.

HASCE QUALES CUNQUE STUDIORUM  
SUORUM PRIMITIAS,

In Felix NOVI ANNI Auspicium,  
Debite Gratitudinis, ac perpetua  
Observantia Signum,

Inscribit, dicat, dedicat.

JOHAN-JACOBUS ROLLER.  
Auth. & Resp.



THEORIÆ HUIUS

THESIS PRIMA.

TANTA est ANIMA RATIONALIS PRÆSTANTIA, ut etiam  
Poëta ex Ethnicōrum Choro agnoverint hanc:

----- *Divina particulam aura,*

Et ob hanc & *os̄ s̄ j̄ v̄ c̄ ē̄* nos afferere non dubitaverint. Ejus  
ergo amore accensi, aliquid in præsentiarum proponemus, & in  
eius palæstrā nos exercebimus.

2. Cum vero ANIMA INTELLIGENS diversimodè considerari  
possit, nemp̄ vel quatenus est Substantia quædam, per se extra  
corpus subsistens, vel quatenus est sedes virtutum, & vitiorum  
moralium, vel denique quatenus in corpore versatur, & Princi-  
pium est, quo intelligimus, & volumus, omnesque vitales fun-  
ctiones administramus, iuprīmis quæ homini propriæ peculia-  
resque sunt: Nos primâ consideratione relictâ Metaphysico,  
alterâ morali Philosopho, de ANIMA INTELLIGENTE tertâ consi-  
deratione disputabimus, atque ejus *s̄ iāv̄*, & quæ eo pertinent,  
considerabimus.

3. Definitio ejus, quæ communiter datur, talis est: ANIMA  
RATIONALIS est actus seu forma hominis, in quantum est homo.  
Clariorem Nobiliss. & Excellentiss. D. PRÆSES, Profess. Fami-  
gerat. assignat, in Contemplatione suâ ultimâ, §. 4. ubi ita: ANIMA  
RATIONALIS est forma hominis, quæ est, intelligit, & vult.  
Sicque describitur ab officiis suis, quod det esse homini & ope-  
rari, nimirum intelligere, & velle, non exclusis tamen, sed præ-  
suppositis aliis operationibus vitalibus.

4. Esse autem ANIMAM RATIONALEM formam hominis, ab-  
solutè & indeterminatè loquendo, nemo sanctum Philosophorum  
est, qui negat. Verum cum duplex sit Forma: Vna, quæ In-  
formans appellatur, quæ est Principium, & altera pars compositi,  
& rei dat esse specificum, eamque tanquam differentia ab omni-  
bus aliis separat; Alia Assistent, quæ rei jam specificum esse ha-  
benti supervenit, jungiturque nobilioris in ea operationis causâ.  
De illo jam controversantur Philosophi: *enit̄ sit Forma hominis  
informans, an vero assistens.*

Aveiroës

5. Averroës, Plato, ac eorum affectiæ, in hanc abrepti tue-  
runt sententiam, ut Animam Rationalem assistentem hominis  
pronunciascent formam. Docentes, formam substantialiem dan-  
tem esse homini, per quam homo substantialiter à bestiis distin-  
guatur, esse cogitativam facultatem, ex quâ, & ex corpore resul-  
tet homo: Quorum Argumenta, quibus hanc sententiam stabili-  
lire satagunt, alibi refutantur.

6. Nos hanc sententiâ ut falsâ & erroneâ rejectâ, alteram am-  
pleteamur, & Animam Rationalem veram, intrinsecam & infor-  
mantem hominis formam asseveramus. Ex communi enim  
omnium hominum consensu, sententiâ & sermone clarum est,  
hominem & esse verè intelligentem, at cum *Intellectus*  
subjectivè sit in Animâ Intellectivâ, si ea non esset naturalis for-  
ma hominis, & tantum assistens, non magis propter talē assisten-  
tiā homo intelligentis dici posset, quam vel navis, vel equus,  
vel currus, vel alia res similes possunt dici intelligentes, propter  
assistentiā hominis, qui in eis secundum intellectum operatur,  
quod verò absurdum.

7. Atque hoc etiam ex operationibus formæ propriis facile  
dignoscitur. Firmum enim est Principium: *Quod datur esse rei sub-  
stantiale, facit quod ut una res specie differat ab alia, illud est eius forma,*  
& quidem informans. Atqui de Animâ Rationali verum est prius.  
Ergo & posterius. Major nullâ probationis facultâ indiget. Mi-  
norem sic stabilimus: aut homo habet essentiam ab Animâ Rati-  
onali, aut à facultate cogitativâ. Tertium enim non datur. Non  
à facultate cogitativâ Cogitatio enim quædam Animæ Rationalis  
actio est, adeoq; si facultas cogitativa est facultas ejusdem, utique:  
si Anima Rationalis est separata ab homine, etiam facultas cogi-  
tativa non poterit juncta esse homini formaliter. Ergo ab Animâ  
Rationali, vide plura apud Perer. libr 6. cap. 21. 22. 23.

8. Ex his dictis hoc tanquam Consectarium deducimus.  
Non esse omnium hominum unam eandemque Animam Rati-  
onalem. Nec credibile, nec intelligibile, unam numero formam,  
simil & immediatè inesse, atque operari in innumeris propemo-  
dum hominibus, tantis locorum intervallis inter se dissitis atque  
disjunctis. Ad hanc omnis forma informans, qualem Aninam  
esse,

esse, iam demonstratum est; multiplicatur ad Individuorum multiplicationem. Et si esset una numero in omnibus hominibus, omnes homines essent unus homo, haberent enim unam formam. Sed in re manifesta, pluribus non est laborandum.

9. Cum igitur Animam ad Individuorum numerum multiplicari dicimus; hic oritur quæstio, & quæ etiam quam plurimæ nobilissima exercuit Ingenia, de Ortu nimirum Anima Rationalis. Nam esse hanc, quamvis nemo sit, qui ambigat, sed uno ore omnes profiteantur Philosophi: tamen in originis inquisitione, cumque unde oriatur, quæstio subnascitur, in diversissimas eundem sententiarum partes, quarum præcipuæ ad tres revocantur classes.

10. Prima Classis eos nobis proponit, qui, quoties in cogitationem hujus descendenterunt, tantæ abyssi stupentes infinitatem, hoc unum se scire, libere ingenuèque professi sunt, quod nihil scirent. Agnoscimus quidem & nos cum Scaliger Exercitat. 367. ory tpe rati. Sect. 9. Rei hujus difficultatem, & periculum esse, hic aliquid definire: verum cum in rebus arduis tentare aliquid laude dignum ducatur, irrumpamus in hæc adyta, & si penetrare negatum, dum hic sumus, libare saltum est animus.

11. Altera eoram est, qui rationis potius quam veritatis alias subnixi, singulis hominibus novas creari animas statuunt, adeoque hominis productionem, quoad Animam, immediatè DEO, (quidam etiam Angelis,) attribuunt. Quæ sententia præter incommoditates quas parit, plurimas, contradicentem habet Scripturam Sacram, ac divinæ benedictioni est contraria.

12. Quid enim? Si DEVS in hunc usque diem immediate creat Animas, easque creando corporibus infundit, tum creabit eas aut puras, aut impuras. Non hoc, quia Deus non est Author, vel causa pollutionis: nec illud, quia neque hæc ratione Deus esset immunis à peccati culpâ, sed iniquitatis reus peragetur. Quod 1. Animam puram jungat corpori impuro, ex quo pollueretur. Quod 2. Animam puram damnet, & in impurum corporis ergastulum trudat. Nos propterea hac sententia repudiata longiore ejus refutatione supersedemus, eamque falsam pro virili inconflictu patenti demonstrabimus.

Neque

*Creato quid?*

13. Neque vero ab Angelis creari concedimus, nam virtus creandi nulli Enti convenit praeter Deum, est enim illa infinita. Siquidem creare est agere in nihil, ipsum nihil autem cum sit infinitum & indeterminatum, continens totum non esse, nulla res potest habere vim atque efficaciam in illud nihil, nisi ea quae sit infinita, continens in se excellenter totum esse, vid. Perer. libr. 5. de Mat. & Privat. cap. 6. Planum autem est, Angelos non esse infinitos.

14. His ergo reliktis, sunt, qui quidem concedunt generalem DEI actionem & benedictionem in productione Animæ, negant tamen eam infundi divinitus, sed dicunt, potius eam à parentibus propagari, & in genito eam esse ex traduce. Cujus non est hic sensus, quasi Anima Rationalis sit ex semine, ut putat Timplerius, libr. 4. Metaphysic. cap. 5. quest. 7. sed dicitur, Anima esse ex traduce, id est, per traductionem ex parente esse in filio.

15. Et hæc quidem sententia verissima est. Cui & nos duce Sacra Scriptura, comite Philosophia Christiana subscribimus. Cum enim Homo generat hominem, generatio illa aut erit univoca, aut æquivoca; sed non est æquivoca, nam in æquivoca generatione causa & effectus sunt diversæ speciei, nec habent idem nomen essentiale: at homogenitus habet omnino nomen & essentiam generantis, vocatur enim, & est Homo. Est igitur generatio univoca. At in generatione univoca generans communicat eandem naturam & essentiam. At proinde homo generans communicat homini genito eandem essentiam, quod non potest fieri, si non Animam Rationalem communicet.

16. Quibus confer Aristotelem libr. 2. de Animâ, cap. 4. text. 24. sic loquentem: Simile simile generare, hominem hominem, 2. Physic cap. 2. Ast duas hominis partes esse rursus Aristoteles, omnesque suæ mentis Philosophi largiuntur. Qui ergo fiet? Homo ne hominem generat sine Animâ. Homo, qui dum constans non corpore tantum, sed & Animâ, generat materiam sine formâ, corpus sine animâ, annè simile sibi specie producere, sine absurditate dicitur?

17. Dat igitur homo corpus, dat quoque animam, sicutque sibi simile generat. Quod etiam ex Scaligero concludere licet,

*Exerc.*

*Exerc. 290. dicente: Generationem esse formam introductionem. Qui igitur generat, introducit formam, & qui non producit formam, non generat, propter Identitatem definitionis & definiti.*

18. Id quod non discedit à Sacris Literis. Benedictio enim illa, quæ *Genes. 1. v. 28.* extat: Crescite & multiplicamini, & replete terram, cum à DEO Tri-Uno profecta fuerit, non sicut tantum *καρπαλην*, quæ primos nostros tantum afficerit parentes, sed *καρπαλην*, imò maximè *εργηλην*, cum etiam brutis in generatione fuerit concessa, (minoris itaque perfectionis aliás homo cæteris animalibus esset,) nec ad partem tantum hominis, totum hominem, animâ & corpore constantem facta fuit.

19. Similes quidem rationes, & numero plurimas, & ponere maximas, è Divino Oraculo petitas, adducere possemus. Verum tantummodo duas adhuc brevissimis delibare sufficiant. *Genes. Cap. 5. v. 3.* Adam dicitur, genuisse filium ad imaginem & similitudinem suam. Ratio verò imaginis potissimum in Animâ consistit; quare si genuit filium ad imaginem suam, utique etiam Anima filii ab Adamo traducta fuit.

20. Simile quid nobis largitur, Regius Propheta David, *Psalm. 51. v. 7.* Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis, concepit me mater mea: Quæ verba nemo facilè ad corpus solum, pertinere largietur, qui novit peccati primariam sedem esse in anima, primamque peccati scaturiginem non redire à corpore ad animam, sed potius ab animâ in corpus.

21. Cignit igitur Anima animam, dat generans genito essentiam, & communicat formam, specie quidem eandem, sed numero diversam; ac licet modo nobis planè incogito, illud tamen negandum statim non est, cum non à scientiâ nostrâ, sed rebus potius rei veritas petenda, & humanæ sapientiæ pars sit, quædam *æquo animo* nescire velle.

22. Cumverò Anima Rationalis sit talis forma, ut essentialiter & realiter uniatur corpori, quæri potest: *Vtrum sic ei uniat, ne ab eo separata non intereat?* Nos quod attinet, ex Religionis nostræ institutis tenemus, animam nostram à corpore separatam, manere integrum ac incorruptam. Et hoc privilegio sola Anima Rationalis præ cæteris formis Physis gaudet.

23. Principio autem illud tenendum, immortale dupliciter dici posse. *Unum*, quod nullo modo interire potest, quia est simplicissimum, & ex se suum esse habet, atque a nullo dependet, & talis solus est Deus. *Alterum* vero, quod esse suum, quod accepit, perpetuo retinet, in eoque conservatur, & proinde licet a Deo dependeat, a quo emanavit, illud tamen juxta potentiam ordinariam ab eo destrui nequit. Et sic immortalis est Anima Rationalis.

24. Nos breviter sic pro Anima Rationalis immortalitate concludimus; si Anima operationes independentes habet a materia, sequitur, quod esse independens, habeat a materia, cum ipsa operatio tale inferat esse. Ex quo sit, ut haec forma non possit corrupti per solam expulsionem a materia, quia aliæ formæ ex eo corruptuntur, quando expelluntur a materia, quia ex naturâ rei pendent in esse a materia, neque habent operationem, quam exerceant independenter a materia.

25. Quæritur hic non incommodè: *An Anima nostra sit Immortalis ex dono DEI, an etiam ex sua natura?* Nos posteriorem quæstionis amplectimur partem; nullum enim mortalitatis vel corruptionis principium in ea fangi potest, cum sit spiritus; nullæ in ea sunt qualitates pugnantes, non in ea aliqua materia, at ubi haec defunt, ibi principia mutabilitatis exulant.

26. Sciendum vero, quod, illud natura immortale esse, non excludat gratiæ divinitæ concursum conservativum. Si enim destueretur influxu divino conservativo, procul dubio in nihilum abiaret. Ut autem concursus ille conservativus non negat, sed præsupponit eiusdem spiritualitatem, ita non negat, sed præsupponit ex ea naturaliter resultantem immortalitatem.

PRAEST. DN. IOH. IACOB. ROLLERO.

DUM nos vexat Hyems, & agris inimica pruina,  
Dum nos frigus habet solus, Amice, cales.  
Qui secreta ANIMÆ resras penetralia nostra  
Desudas alacris! nec Tua Musa riget,  
Erumpet credo, in flammarum calor iste cornicium.  
Cum, gratis, astas ignibus arva premet.  
Macte! isthac Virtute Tua, ne defice capitis,  
Sic ROLLERE olim Pramia digna feres.

M.GEORG. DOCK/SS.S.S.Sc

FINIS.